Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

adeo meo iudicium meum transiuit. Numquid nescis aut
ñ audisti. Deus sempiternus dns qui creauit terminos
terre ñ deficiet neq; laborabit nec ē inuestigatio sapientie
eius. qui dat lasso uirtutē. & his qui ñ habent fortitudinē.
& robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt. & iu
uenes infirmitate cadent. Qui aut sperant in dno.
mutabunt fortitudinē. assument pennas sicē aquile.
current & ñ laborabunt. ambulabunt & ñ deficient.
Lxx. Non enim dicas iacob. & qd loquitur isrl. Abscondi
ta est uia mea ado. & ds meus iudicium abstulit & recessit.
Et nunc nescis & ñ audisti. Deus eterne qui creauit ter
minos terre ñ esuriet nec laborabit. nec ē inuentio pru
dentie eius. qui dat esurientib; fortitudinē. & ñ dolenti
bus meroremē. Esurient enim iuuenes & laborabunt adoles
centes. & electi infirmi erunt. Qui aut spectant dm mu
tabunt fortitudinē. assument alas qsi aquila. current
& ñ laborabunt. gradientur & ñ esurient. Cū omnipo
tentis di tanta sit magnitudo ut nihil eū lateat. &
omnia illi arbitrio gubernentur. quare dicis iacob
idē duę trib; que appellabant iuda. & loqueris isrl.
x. alię trib; in samaria quę iam captiuę ducte estis
in assyrios. Abscondita ē uia mea a dno. & a do meo
iudicium meum transiuit. Et est sensus. Dicitis. Add dnm
terrena ñ pertinent. nec considerat qd unus quisq; nrm
gerat. Unde & nos ab hostib; in iuste oppmimur. & iu
mentorum & piscium similitudine iuxta abacuc absq; ul
lo rectore disp̄dimur. Quib; respondit ds. Numqd
nescis. nec p̄decessorum scripturarum te uerba docue
rē. siue iuxta lxx ignoras. quia ñ audisti qd eternus